

SVNTHARIUS I PRAESVL HILDESHEIMENSIS.



SVntherius pietate & doctrina apud Saxones Germhnos in magno pretio fuit. Itaq; cum Carolus magnus Saxoniam debellasset, atq; ibidem multos episcopatus instituisset, etiam in loco Eltzen, qui ob rerum opportunitatem regia aula dicebatur, cathedralem ecclesiam erexit, atq; hunc Suntharium ei ob plurimas uirtutes primum Episcopum dedit. quoniam uero Carolus antequam omnia perficerentur e uita decederet, Ludouicus pius eam fundationem absolvit, atque Episcopatum in Hildesheim transtulit. Huius Ecclesiæ Suntharius docendo, orando, & legendo per uiginti unum annos magna laude præfuit, atque tandem moriens & ibidem sepultus Reinbertum successorem habuit. Huius Episcopatus hæreditarij Mareschalckij sunt nobiles à Suichelde: Trucksessij, nobiles Deck à Northolden: Pincerni, nobiles à Kram: Camerarij, nobiles Goldenbeck. Crantz. Anon. Eius ecclesiæ gubernatores hi fuerunt.